

122. *el libro de los poemas que en su juventud escribió don*  
*Juan Ramón Jiménez*

(RPJCB)

Outina adversus hostem exercitum dicens, de  
eventu Magum consulit.

XII.



12

AUDONNIERVS receptos aliquot Regis Holata Utina sive Outina, circiter quadraginta miliaribus à Gallorum arce versus Meridiem habitantis, subditos, qui superiore expeditione à Saturioua ejus hoste capti fuerant, ad suum Regem remisit; qui solenni fædere cum illo ičto, mutuam amicitiam se conservaturos polliciti sunt. Factum est id fædus, quia per eius Regis dicionem, & terrestri itinere, & ad-versis fluminibus aditus solum patebat ad montes Apalacy, in quibus nascitur urum, argentum, & æs: ut illius Regis amicitia (quæ vix annua fuit) fr̄eti Galli liberius ad eos montes penetrare posset. Cōstante adhuc amicitia, à Laudonniero petiūt aliquot pyxidarios milites, cupere enim bellum hosti inferre: missi viginti quinque duce Ottignio Laudonnieri legato. Rex advenientes magna lētitia excepit, eorum opera victoriam ad-versus hostem sibi promittens: quia tormentariorum pyxidum fama per vicinas regiones vagata erat, & terror emen-  
tum cutiebat. Rege igitur ad expeditionem parato, profecti sunt: primo die expeditū fuit iter, altero difficile admodum, propter loca paludosa, spinis que & vepribus obsita; qua adeo causa Indi Gallos humeris gestare coacti sunt, magno sane orum commodo ob immodicos calores, tandem ad hostium limites pervenerunt. Tum Rex exercitu subsistere jussò, sem Magum centum & viginti annos superantem advocavit, & quo in statutes hostium sint, pronūciare jubet. Manus locum in medio exercitus parat, & conspecto Ottignij, quod puer ejus gestabat, scuto, petere illud jubet, impetratum umi collocat, orbe quinque pedum diametri circum illud ducto, additis quibusdam characteribus & notis: tum in scutum genubus flexis pedum calcaneis insedit, sic ut nulla parte humum tangeret, & nescio quid submurmurans, varios festus exprimebat, tamquam in veheme item aliquam orationem incumberet; qua ad quadrātem horæ producta, illico um horrendus apparuit, ut humana effigiem amplius non exprimeret: nam ita omnes artus contorquebat, ut ossa dissolvi exaudirentur, denique præter naturam multa faciebat. His peractis, momento in pristinum statum rediit, lassus tamen admodum, & quasi attonitus: deinde circulo egressus, Regem salutavit, ipsique indicavit hostium numerum, & uno loco illum expectarent.

C

RPJCB

Outina Gallorum auxilio Potanou suum  
hostem superat.

XIIII.



13.

Ares adeò Regem perterrituit, ut non de hoste adoriendo, sed de suo reditu cogitaret: At Ottignius valde indignatus se tantum laboris sumpsisse, ut nulla re memorabili gesta reverteretur, dixit, se illum vivil & nullius animi Regis locc habiturum, nisi fortunam periclitaretur: tandem jurgijs atque etiam minacibus verbis eum adegit, ut hostem adoriretur. Gallos tamen in prima acie, ipsis non abuentibus collocavit: & nisi totum onus pugnae illi sustinuissent, plurimos hostes mactando, & Regis Potanou exercitum in fugam vertendo, haud dubie Outina superatus fuisse: nam verum apparuit quod Magus prædixerat, quem certum est à dæmonе fuisse obſessum. Outina porro hostium fuga contentus, suos revocauit, & domum redire iussit, multum fremente Ottignio, qui victoriā prosequi maluisset.

C 2

RPJCB

Outinæ in bellum proficiscentis milita-  
ris disciplina.

XIII.



**R**E G E Saturioua ad bellum proficidente, ejus milites nullum ordinem servant, sed sparsi hinc inde discurrunt alij alios sequentes. Contra ejus hostis Holata Outina, cuius jam memini, quod multorum Regum Regem significat, longè eò potentior subditorum numero & divitijs, progradientur servatis ordinibus veluti instruxta acie, solus in medio agmine consistens, rubro colare pictus: agminis alae sive cornua ex adolescentibus constant, quorum maximè agiles, rubro etiam colore picti cursorum & exploratorum munere funguntur, ad hostium copias explorandas: nam horum vestigia perinde naribus percipiunt, atque canis feræ alicujus, & cognitis hostium vestigijs statim ad exercitum significatum recurrent. Porro ut tubis & tympanis nostri homines in exercitu utuntur ad significandum quid factò opus sit: sic apud eos præcones sunt, qui certis clamoribus indicant quando subsistendum aut progrediendum, hosti obviam eundum, aut aliquod militare munus obeundum. Post Solis occasum subsistunt, nec unquam pugnare solent. Castra autem ponere volentes per decurias distribuuntur, maximè strenuos ab alijs segregantes: delecto à Rege Castrorum loco in agris vel syluis ad noctem traducendam, & illo jam cœnato & solo sedente, castrorum metatores decem strenuiorum decurias in orbem circum Regem collocant: circiter decem inde passus aliae viginti decuriæ etiam in orbem eos claudunt: viginti verò ab illis passus, aliae quadraginta decuriæ collocantur, & ita deinceps decuriarum & passuum numerum augendo pro exercitus copia & magnitudine.

C 3

RPJGB



.15.

V A M D I V Galli cum magno Rege Holata Outina in bello quod adversus hostes gerit, versati sunt, numquam pugna commissa est, quæ legitimè prælium appellari possit: sed omne eorum bellum aut clandestinis occupationibus, aut turmarum velitationibus constat, submissis semper in eorum qui regrediuntur locum recentioribus. Qui primus hostem cædit vel etiam viliissimum, victoriam sibi adscribit, licet majorem militum numerum amittat. In istis velitationibus, qui cumbunt statim extra castra abripiuntur ab ijs quibus commissa est hæc cura, & arundinis fragmentis, exactioris quam ullus culter aciei, à fronte in orbem ad occiput, cutim ad cranium usque secant; eamque totam detrahunt, hærentibus adhuc capillis cubito longioribus in nodum supra caput collectis; & qui supra frontem & occiput sunt, resectis in orbem ad duorum digitorum longitudinem, pileorum limbi instar; statim (sit tantum est otij) egesta terra foramine facto ignem excitant, quem musco exceptum, plicis pellis, quæ illis cinguli loco est, involutum semper gestare solent, igne accenso, cutim desiccant, & membranæ instar indurant. Pugna etiam commissa ijsdem arundinis cultris cæsorum brachia sub humeris & crura sub coxis incidere solent, ossaque nudata palo frangere, deinde eorum confractas & sanguine fluentes partes eodem igne ustulando resiccare: tum ea, capitisque cutim de summis pilis suspensa domum triumphantium modo deferre. Num sum miratus (nam ex eorum numero, qui à Laudonniero missi fuerunt Ottignio duce, fui) numquam eos pugnæ loco excedere, quin cadaveribus hostium sic mutilatis, sagittam per anum ad summum usque traiçiant: quod sanè non sine magno periculo incedum fieret, nisi qui ad hoc munus sunt delegati, perpetuò turmam militum auxiliarem haberent.



Trophæum & solennes ritus devictis  
hostibus.

XVI.



16

**D**O M V M è bello regredi, certum locum habent in quem convenire solent: eò conferunt crura, brachia, capitisque cutim hostibus adempta, & solenni cum pompa, ea prælongis palis in terram serie quadam defixis imponunt: deinde viris & mulieribus in orbem ante hæc membra sedentibus, Magus imagunculam manu tenens, consueto more mille imprecationibus submurmuratis, hostes detestatur. Ex adverso ad areae extremum, tres viri genibus flexis sedent, quorum unus clavam utraque manu tenens planum lapidem percutit, ad singula magi verba respondens: ejus latera claudunt alij duo, singulis manibus fructum herbæ cuiusdam, cucurbitæ aut pponis instar crescentis, tenentes, quem siccatum supernè & infernè aperiunt, medullaque & seminibus exemptis, lapillis aut granis implent, baculoque transfixo agitantes tintinnabulorum modo crepitant, patrio ritu canentes post Magi murmura.

Hos dies festos celebrare solent, quotiescunque aliquos hostes cuperunt.

RPJCB



17

**R E Q V E N T E S** istic sunt Hermaphrodi utriusque naturæ participes, ipsis etiam Indis exosi; eorum tamen opera, quod robusti & validi sint, ad onera ferenda utuntur jumentorum loco. Proficiscientibus ergo ad bella Regibus, hermaphroditi annonam ferunt: & defunctis ex vulnere vel morbo Indis, illi ipsi binis longurijs satis firmis, baculos transversos imponere, atque his storiā tenuibus scirpis contextam alligare solent, cui defunctum superimponunt, pelle capiti substrata, altera supra ventrem alligata, tertia supra coxam, postrema supra crus (quare id faciant non sum sciscitatus, magnificentiae tamen causa fieri arbitror; quandoquidem singulos non ita exornant, sed crus dumtaxat obligare solent) deinde coriacea cingula tres aut quatuor digitos lata sumunt; quorum extremis ad longurios aptatis media capiti, quod illis prædurum est, applicant; atque sic defunctos gestant ad sepulturæ locum. Contagioso aliquo morbo affecti, ctiam ab hermaphroditis humeris ad loca destinata feruntur, atque ab iisdem curantur & necessaria accipiunt, donec sanitati plene restituantur.

NPJCB

Mulierum, quarum mariti vel in bello cæsi, aut XVIII.  
morbo sublati postulata à Rege.



.18.

ORVM qui in bello occubuerunt, vel morbo exticti sunt, uxores convenire solent eisdie, quem magis opportunum ad Regem compellandum censem; ad quem accedentes cum magno mærore & ejulatu, calcaneis insident, & manibus faciem obtengentes, magnis clamoribus & questibus, defunctorum maritorum vindictam petunt à Rege & subsidium quo in viduitate vitam tolerare queant, & ut tempore per leges præfixo denuo illis nubere liceat. Rex earum misertus, postulata concedit: illæ domum revertuntur flentes & plangentes, in amoris quo maritos prosequebantur, indicium: consumptis in eo luctu aliquot diebus, ad maritorum sepulcra, ipsorum arma & poculum ex quo bibebant deferentes, denuo flent, atque alias muliebres ceremonias peragunt.

D

172. *missus ad illeum municipium in M  
agellam et collatio in ditionem*

RPJCB

172. *missus ad illeum municipium in M  
agellam et collatio in ditionem*

Mulierum extinctos maritos lugentium ceremoniæ. XIX.



19

**D** maritorum sepulcra pervenientes, capillos sub auribus præsecant, illisque per sepulcra sparsis, maritorum arma & conchas ex quibus bibebant ibidem abiiciunt, in strenuorum virorum memoriam. His peractis domum redeunt, sed ad secundas nuptias convolare nequeunt, donec capilli renascantur tam longi, ut humeros tegere possint. Digits rum in manibus & pedibus unguis oblongos crescere etiam sinunt, illos per latera scalpen tes ut præacuti reddantur, sed viri præsertim: nam si quem ex hostibus apprehendere possunt, unguibus in ejus frontem valide infixis, cutem detrahunt, eum cæcum & lacerum relinquentes.

D 2

MPJCB



.20.

**O R B O S** ista ratiōne curare solent. Oblonga lataque, ut in hac iconē conspici potest, fabricant scamna, quibus ægros prōnos vel supinos imponunt, pro morbi quo correpti sunt natura: deinde conchula p̄a acuta frontis cutim penetrantes, sanguinem ore exsugunt, & invas aliquod siccile, vellagenas & cucurbita constantes reīciunt. Feminæ parvulos masculos lactantes, vel alioqui grāvida, hunc sanguinem, p̄s̄ertim robusti alicujus adolescentis, potatum veniunt, ut earum lac p̄stantius reddatur, & pueri eo educati audaciōres & strenuiores evadant. Alijs in ventrem incubentibus suffumigia fūnt, conjectis supra prunas aliquot granis: nam fumus per os & nares receptus per universum corpus distribuitur, & vomitum ciet, aut pellit & profigat morbi causam. Quandam etiam plantam habent cuius nomen excidit, Brasiliā Petum, Hispani Tabaco appellant: hujus folia probè siccata laxiori tubuli parti imponunt, eorum incensorum fumum angustiore tubuli parte ori admota attrahunt tam valide, ut per os & nares illis egrediatur, & eadem opera abunde humores eliciat. Præterea lui venereæ sunt admodum obnoxij, ad quam curandam sua etiam habent remedia, quæ natura illis suppeditavit.

JCB



21

**L**IGENTER colunt terram Indi, eam ob causam ligones è piscium ossibus parare norunt viri, quibus manubria lignea aptantes, terram fodiunt satis facile, nam mollior est: ea deinde probè confracta & aquata, feminæ fabas & milium sive Mayzum serunt, præuentibus nonnullis quæ defixo in terram baculo foramina faciunt, in quæ fabæ & milij grana injiciantur. Facta semente, agros relinquunt: nam eo tempore hiemis fugienda causa, quæ satis frigida est, utpote regione inter Occidentem & Septentrionem sita, & circiter trimestre durat, nempe à 24. Decembbris ad decimum quintum Martij, ij nudi incedentes in sylvas se abdunt. Transacta hieme, domum redeunt, expectantes sementis maturitatem. Messe confecta fructus recidunt in totius anni usum, nullum mercimonium ex ijs facientes, nisi forte ob vilem aliquem supellecstile permutatio facta.

RPJCB

Floridenses convehendis in publicum horreum XXII.  
fructibus, diligentes.



.22.

**V**N T in e a regione plurimæ insula, varij generis fructus abunde producentes, quos bis in anno legunt, & cymbis impositos domum vehunt; deinde in lacum sed humile horreum recondunt è lapidibus & terra extructum; cui tectum è densis palmarum ramis & molli terra ad eam rem apta constans, imponitur. Tale horreum plerumque sub aliquo monte aut rupe flumini vicina extruitur, quo solis radij non penetrant, ut fructus à corruptione faciliter conserventur. In illud etiam inferunt alios fructus quos ad servare cupiunt, & reliquam annonam, quam inde petunt cum opus habent, nullo ab alijs se fraudandos iri metu solliciti. Optandum sane esset, ut inter Christianos avaritia non magis regnaret, & hominum animos torqueret.

RPJCB


Ferinæ, piscium, & reliquæ annonæ  
illatio. XXIII.




**E**RT O etiam tempore, omnis ferinæ genus, pisces, atque etiam crocodilos coacer vant singulis annis: coribus deinde impositos, hermophroditorum satis promissos, crispis que capillos gestantium, quorum ante memini, humeris imponunt, & in horreum jam dictum inferant: hanc autem annonam non nisi extrema necessitate attingunt: atque cum ut omnis dissiđ tollatur occasio, alter alteri id significat, adeo pacificè inter se vivunt. Regitamen licet, quantum volet, inde auferre.



Ferinæ, piscium, & reliquæ annonæ  
illatio. XXIII.




**E**RTO etiam tempore, omnis ferina genus, pisces, atque etiam crocodilos coacervant fin-  
gulis annis: coribus deinde impositos, hermophroditorum satis promissos, crisposque ca-  
pillos gestantium, quorum ante memini, humeris imponunt, & in horreum jam dictum in-  
ferant: hanc autem annonam non nisi extrema necessitate attingunt: atque cum ut omnis  
disidij collatur occasio, alter alteri id significat, adeo pacificè inter se vivunt. Regitamen  
licet, quantum volet, inde auferre.



Pisces, ferinam, reliquam annonam  
ustulandi ratio.

XXIII.



**A**c autem animalia ut diutius adservari possint, in huc modum præparare solent. Quantuor ligneis & crassis furcis in terram defixis alia ligna imponunt cratis in modum, supra quam animalibus & piscibus explicatis, ignem substruunt, ut fumo indurari possint: magnam porro adhibere solent cura ad diligenter & exquisitè indurandum, ut facilius à corruptione servari queant, quemadmodū ex hac pictura videre licet. Hanc vero annonam comparari existimo ad vitam mensibus hibernis, quibus in sylvis delitescunt, traducendam: nam eo tempore numquam ab illis vel minimū quidpiam impetrare potuimus. Propterea, ut dixi, annonæ horreum sub rupe vel scopulo aliquo, secundum flumen, nec procul à magna quapiam sylva extactum est, unde, cum opus est, parvis cymbis eam ferant.

E

RPJCB




24

**E**c autem animalia ut diutius ad servari possint, in huc modum preparare solent. Quatuor ligneis & crassis furcis in terram defixis alia ligna imponunt cratis in modum, supra quam animalibus & piscibus explicatis, ignem substruunt, ut fumo indurari possint: magnam porro adhibere solent cura ad diligenter & exquisitè indurandum, ut facilius à corruptione servari queant, quemadmodum ex hac pictura videre licet. Hanc verò annonam comparari existimo ad vitam mensibus hibernis, quibus in sylvis delitescunt, traducendam: nam eo tempore numquam ab illis vel minimū quidpiam impetrare potuimus. Propterea, ut dixi, annonæ horreum sub rupe vel scopulo aliquo, secundum flumen, nec procul à magna quapiam sylva exstructum est, unde, cum opus est, parvis cymbis eam ferant.

E





25.

**I**NDUSTRIA ad cervos capiendos utuntur Indi, numquam à nobis ante conspecta: maximorum quos capere potuerunt cervorum pelles ita corpori applicare norunt, caput suo capiti accommodantes, ut per oculorum foramina, tamquam per larvam, conspicere possint; ita comptri quam proxime possunt, ad cervos nihil metuentes accedunt; prius tempore observato, quo cervi ad flumen bibendi causa eunt: eos, arcum & sagittam manu tenentes, facile figere possunt, cum frequentes sint admodum in ea regione: arboris tamen cortice sinistrum brachium muniunt, ne ab arcus nervo lœdantur à natura ita edocti. Pelles verò cervis detractas, non chalybe, sed conchis adeo accuratè parare norunt, ut mirum sit, nec quemquam in universa Europa inveniri existimo, qui tanta arte eas parare queat.

3726

Digitized by srujanika@gmail.com

RPJCB



25.

**N**D V S T R I A ad cervos capiendo utuntur Indi, numquam à nobis ante conspecta: maximorum quos capere potuerunt cervorum pelles ita corpori applicare norunt, caput suo capiti accommodantes, ut per oculorum foramina, tamquam per larvam, conspicere possint; ita compti quam proximè possunt, ad cervos nihil metuentes accedunt; prius tempore observato, quo cervi ad flumen bibendi causa eunt: eos, arcum & sagittam manu tenentes, facile figere possunt, cum frequentes sint admodum in ea regione: arboris tamen cortice sinistrum brachium muniunt, ne ab arcus nervo laedantur à natura ita edocti. Pelles verò cervis detractas, non chalybe, sed conchis adeo accuratè parare norunt, ut mirum sit, nec quemquam in universa Europa inveniri existimo, qui tanta arte eas parare queat.

(RPJCH)



**C**ROCODILIS hoc modo bellum inferunt: casulam rimis & foraminibus plenam apud flumen faciunt, in qua vigil, qui Crocodilos procul conspicere & exaudire potest: nam fame pressi è fluminibus & insulis reptant prædæ causa; qui non inventa tam horrendum clamorem edunt, ut per dimidij miliaris spatum exaudiri queat. Tum vigil excubitores convocat ad id paratos: illi deni aut duodeni longam arborem corripientes huic vasto animali obviam procedunt (hiante rictu si quempiam illorum apprehendere posset adrepenti) atque summa agilitate tenuiorem arboris partem quam altissimè possunt in rictum ejus adigunt, ut inde ob inæqualitatem & corticis scabritiem eximi nequeat. Crocodilum igitur in dorsum obvertentes, ejus ventrem, qui mollior est, clavis & jaculis feriunt & aperiunt; dorso enim ob duras quibus tectum est squammas impenetrabilis est, præsertim si vetulus est. Hæc est apud Indos ratio venandi Crocodilos, à quibus adeò molestantur, ut noctu & interdiu non minus excubias agere cogantur, quam nos adversus infensissimos hostes.

(RPJCB)

Floridensium in insulas trajectus, ut  
genio indulgeant.

XXVII.



27

**B**VNDAT ea regio amoenissimis insulis, ut ex primis picturis videre licet: flumina alta non sunt, sed aqua limpida & pura, vix ad peccus pertingit. Indigeno indulgere volentes cum uxoribus & liberis, in has insulas, flumine traecto, vel natatu (nam peritiissimi sunt natatores) vel gradiendo, qui paruos habent liberos, perveniant. Matres enim ter nos simul ferre possunt, minimum in humeris, altera manu brachium ejus tenentes, alijs duobus matrem sub axilla amplectentibus; altera manu canistrum fructibus aut epulis ad vescendum plenum sublevatum gestantes. Cum vero ab hostibus sibi metuant, viri arcum & sagittas ferre solent; quae ne madeant, pharetram crinibus capitis implicant, altera manu sublevata arcum tensum & sagittam tenentes, ad defensionem parati, ut ex hac pictura videre licet.

(RPJCB)



.28.

**E**RT O anni tempore, quo convivia inter se celebrare solent, delectos habent ad id munus coquos: ac primum magnum ac rotundum fictile vas (quod ipsi met parare & adeo exacte percoquere norunt, ut in eo non minus ac in nostris lebetibus aqua bullire posset) supra crassa ligna collocant, ignem subiiciunt ipsorum aliquo flabellum ad ignem excitandum valde aptum, manu tenente: Præfectus coquorum quæ coquenda sunt in ollam inijcit, alij aquam in fossam ad purgandum infundunt, alijs aquam vase, situlae in modum facto, adfert, alter aromata cibis inspergenda in plano aliquo lapide atterit; dum mulieres, feligendis ijs quæ ad culinam necessaria, sunt occupatae. Licet verò suo more magna agitent convivia, sobrij tamen sunt in edendo, inde fit ut longo tempore vivant. Nam ex ijs Regulis unus mihi affirmavit, se trecentorum annorum æatem habere; & patrem, quem mihi ostendit, quinquaginta annis eum superare: ut verum fatear, cum illum conficerem, ossa humana pelle duntaxat tecta videre me putabam. Pudorem sane incutiunt Christianis, qui suis compotationibus & convivijs sine moderamine celebratis, brevitatem vitæ sibi accelerantes, merito debarent tradi in disciplinam his barbaris hominibus & animantibus brutis ad ediscendam sobrietatem.

RPICB


Qua ratione Floridenses de seriis rebus  
deliberant.

XXIX.



**R**ex cum nobilibus certis anni diebus quotidie mane convenire solet in publicum locum ad hoc destinatum, in quo magna scanna quasi in hemicyclum constructa, inter quae aliud antrorum pau- lulum prominens novem truncis ligneis rotundis constans pro Regis sede, in qua solus residet, ut ab alijs dignosci queat, eumque istic singuli ex ordine salutatum veniunt, senioribus salutationem in- choantibus, utraque manubis ad capitis altitudinem sublata, atque proferentibus ha, he, ya, ha, reliquis autem respondentibus, ha, ha. Ut salutationem quisque absoluit, in scannis sessum concedit. Si de re ali- quae seria agendum est, Rex Iauas, hoc est, suos Sacerdotes accerit, & seniores, à quibus singulorum sententiam exquirit: etenim de nulla re quidquam statuunt, quin primum aliquoties concilium convocent, & optimè delibe- rant ante quam statuant. Interea Rex mulieribus imperat, ut Casinam, hoc est potionem è quarundam stirpium folijs confectam, decoquunt, quam deinde exprimentes transmittunt. Rege igitur & nobilibus in suis scannis se- dentibus, quidam coram Rege expansis decussatim manibus stans, ipsi & reliquis qui hanc potionem eibent bene preccatur: tum pocillator primum Regi hoc decoctum calidum in capace concha præbet, deinde (sic imperante Re- ge) omnibus alijs ex ordine, in illa ipsa concha. Tanti aestimant hanc potionem, ut nemini in hoc conventu eam bibe- re liceat, quin prius in bello fortem se præstiterit. Præterea ea facultate prædicta est hæc potio, ut simulatque hau- sta fuerit, statim sudorem moveat. Eam ob causam qui continere non possunt, sed rei ciunt, ijs nulla res ardua com- nittitur, aut munus aliquid militare creditur, tamquam inutilibus, cùm sæpen numero tres aut quatuor dies cibo abstinentur: hac vero decoctione hausta, viginti quatuor horis famem & sitim ferre possunt, hinc fit ut in bel- um profecturis, hermaphrodit in nullam aliam annonam ferant, quæ cucurbitæs lagenas aut lignæ vascula hoc de- octo plena: quod licet corpora alat & roboret, caput tamen non tentat, ut à nobis, cùm hujusmodi convivia cele- rarent, observatum est.

RPJCS




**O**LENT Indi hac ratione sua oppida condere. Delecto aliquo loco secundum torrentis alicujus profluentem, eum quantum fieri potest complanant; deinde sulco in orbem ducto, crassos & rotundos palos duorum hominum altitudinis conjunctim terrae insigunt, circa oppidi ingressum circulum nonnihil contrahendo cochleæ in morem, ut aditum angustiorum reddant, nec plures quam binos conjunctim admittentem, torrentis etiam alveo ad hunc aditum ducto: ad huius aditus caput solet aedicula rotunda extrui, altera item ad eius finem, singulæ rimis & foraminibus plenæ, & eleganter pro regionis ratione constructæ. In his constituuntur vigiles viri illi, qui hostium vestigia è longinquo odorantur: nam simulatque aliquorum vestigia naribus perceperunt, adversus contendunt, & ijs deprehensis clamorem attollunt, quo exaudito incolæ statim ad oppidi tutelam convolant, arcubus, sagittis & clavis armati. Oppidi meditullium occupant Regis ædes nonnihil sub terram depressa ob solis æstum: has cingunt nobiliorum ædes, omnes palmæ ramis leviter tectæ, quia novem mensibus dumtaxat ijs utuntur, tribus alijs mensibus ut diximus in sylvis degentes. Vnde reduces domos repetunt: sin eas ab hostibus incendio absumptas reperiunt, novas simili materia exstruunt, adeo magnifica sunt Indorum palatia.

RPJCL

Hostium oppida noctu incendendi  
ratio.

XXXI.



31

**H**OSTES enim vindictæ cupidi, noctu interdum quam maximo possunt silentio adveniunt, exploratum an excubiae sint somno oppressæ: si silere comperiunt, posteriorum partem oppidi accedentes, & arborum musco arido & pro eorum more parato ad sagittarum spicula alligato ignem injiciunt, & sagittas in oppidum emittunt, ut ædium tecta, palmarum ramis constantia, & astivis caloribus resiccata comburant. Flagrantia tecta conspicientes, quam celerrimè fugiunt, ante quam incolæ animadvertant: adeo enim agili sunt cursu, ut difficulter adsequi eos liceat: præterea incendium satis negotij incolis præbet, ut ab eo se liberare & expedire queant.  
Hæc sunt bellica fñdorum stratagemata ad hostium oppida vastanda: verum quidem damnum leve esse, quandoquidem solo novas ædes exstruendi labore constat.

F 2



Excubitorum socordia ut punitur. XXXII.



.32.

**A**ETERVM vigilum negligentia oppido igne absunto, ipsi hac ratione puniuntur. Rege in scanno sedente solo, reliquis etiam proximae post illum authoritatis aliud magnum scannum hemicycli modo incurvum occupantibus, carnifex criminis reum coram Rege in genua procumbere jubet; deinde sinistro pede in dorsum ejus impresso, & utraque manu clavam ex ebeno aut alio aliquo duro ligno factam lateribus in aciem desinentem, tanta vi illius verticem ferit, ut caput fere dividat. Simili suppicio etiam afficiuntur alterius criminis rei, quod capitale apud eos censetur: vidimus enim binos simili suppicio affici.

F 3

(RPJCE)

Excubitorum socordia ut punitur. XXXII.



32.

*ÆTERVM vigilum negligentia oppido igne absunto, ipsi hac ratione puniuntur.  
Rege in scanno sedente solo, reliquis etiam proximæ post illum authoritatis aliud magnum  
scamnum hemicycli modo incurvum occupantibus, carnifex criminis reum coram Rege in  
genua procumbere jubet; deinde sinistro pede in dorsum ejus impresso, & utraque manu  
clavam ex ebeno aut alio aliquo duro ligno factam lateribus in aciem desinentem, tanta vi  
illius verticem ferit, ut caput fere dividat. Simili suppicio etiam afficiuntur alterius criminis rei, quod capi-  
tale apud eos censetur: vidimus enim binos simili suppicio affici.*

F 3

PJCB



BELLVM denuntiaturus Rex aliquis alteri suo hosti, nullo feriali utitur qui bellum indicit; sed sagittas quarum summis capillorum promissorum flocci alligati, secundum publicas vias figere jubet: quemadmodum observarimus, cum Regem Outinam captum per ditionis ejus pagos circumducebamus, annone recuperandæ gratia.



THE ESTATE

OF THE LADY MARY WATSON

24CB

Primogeniti solennibus ceremonijs Regi XXXIII L.  
sacrificantur.



ORIS apud illos est primogenitum masculum Regi victimam offerre. Sacrificij autem die Regi significato, locum adit ad id destinatum, ubi scannum in quo sedeat, & in media area truncus ligneus binos pedes altus, totidem crassus: ante hunc pueri mater calcaneis insidens, & manibus faciem tegens filij mortem deplorat. Cognatarum vel amicarum ejus primaria, puerum Regi venerabunda offert; deinde quæ matrem comitatæ sunt feminæ in orbem conveniunt, & canendo saltant lætabundæ, mutuis manibus non apprehensis: quæ puerum tenet, in medium illarum se infert saltans, & in Regis laudem quædam accinens. Interea sex Indi ad id munus delecti separatim in areæ quadam parte stant, & inter eos medius sacrificus cum magnificentia quadam clavam tenens. Peractis ceremonijs, sacrificus infantem capiens, Regi, coram omnibus, in ligneo illo truncō mactat. Nobis præsentibus semel peracta est similis victima.

RPJCB



**R**Egis Outina subditi singulis annis paulo ante ipsorum ver, nempe sub Februarij finem, maximi, quem capere potuerunt, cervi pelle cornuarentem sumunt, eam omni selectissimarum, quae apud ipsos nascuntur, stirpium genere impletam denuo consuunt, cornibus gutturi, & reliquo corpori, selectiores fructus in corollas vel longas tænias nexos appendunt. Ea sic exornata ad fistularum & canticorum harmoniam in amplissimam & elegantisimam planiciem defertur, & altissimæ istic arbore imponitur, capite & pectore ejus ad Orientem solem obversis, subinde precibus ad Solem repetitis, ut in eorum ditione similia quæ illi oblata sunt bona renasci faciat: Rex cum suo Mago proximus est arbori, & verba præit, vulgo, quod longius abest, respondent. Deinde Rex & reliqui salutato Sole, abeunt pelle istic relicta in sequentem annum: singulis annis repetuntur ejusmodi ceremoniae.

— V Y X X .

In certain situations, both configurations may be used.

Digitized by Google

(RPJCB)



*APUD illos cursu adolescentes exercentur, constituto inter ipsos certo præmio, quod, qui diutius cursu-  
ram continuare potest, aufert: arcu etiam frequenter exercentur. Deinde pila ludunt in hunc  
modum: in media area præfigitur arbor octo aut novem orgyias alta, & summo fasti-  
gio quadrum quoddam è viminibus contextum sustinens, quod qui pila  
se exerceundo tetigerit, præmio decoratur. Delectantur præ-  
terea venationibus & pescationibus.*



RPJCB

Qua pompa Reginam delecta ad Regem XXXVII.  
deferatur.



37.

**V**ICTURVS uxorem Rex, ex nobiliorum puellarum cætu, pulcerrimam maximamque deligere jubet: deinde duobus validis longurijs sede aptata, quæ rarioris alicujus animalis pelle tecta est, & posteriore ejus parte ornata ramis supernè nutantibus, ut sedentis caput tegant, Reginam delectam sedi imponentes, longurios sublevant quatuor viri robusti, & humeris sustinent, singuli ligneam furcam manu gerentes, ut longurijs subponant quando quiescendum est: duo alij utrinque ad Reginæ latera progrediviuntur rotunda umbracula elegantiissimè confecta in oblongis baculis gestantes ad Reginam à Solis ardoribus tuendam: præeunt alij tubas ex arboris cortice confectas inflantes supernè angustas, infernè laxiores, duobusque dumtaxat foraminibus, supero & infero, præditæ, quibus appensæ sunt ovales sphærulae aureæ, argenteæ, æreæ ad majorem concentum. Pone sequuntur puellæ omnium formosissimæ, eleganter ornatae torquibus & armillis ex margaritis, singulae canistrum selectioribus fructibus plenum manu ferentes, & sub umbilicum supraquæ coxendices cinctæ certarum arborum musco ad obscena tegendum. Eas sequuntur prætoriani.

RPJCB

Qua solennitate Regina à Rege      XXXVIII.  
excidiatur.



39.

**A**c pompâ defertur ad Regem Reginâ, in locum ad eam rem destinatum, in quo tabulatum extructum è lignis rotundis satis amplum, ad ejus autem latera, longum utrumque scamnum adpositum, in quo proceres sedeant. Rex igitur in tabulati dextra parte sedens, Reginæ, quæ in sinistra parte collocatur, adventui gratulatur, & cur eam in primariam uxorem accipiat, exponit: illa verecunda quadam majestate flabellum manu tenens, Regi quam honestissimè, & ut à natura edocta est, respondet. Tum puellæ in orbem se componunt, manibus non connexæ & cultu ab alijs differentes: nam capillos sub occipite ligantes, per humeros & dorsum deinde spargi sinunt, sub umbilico cinctæ latò cingulo, è quo anteriore parte veluti marsupium quoddam propendet ad pudenda iegendum: per reliquum deinde cingulum appensa sunt ovales formulae ex auro & argento, ad coxendices demissæ, ut strepitum in saltu excitent dum laudes Regis & Reginæ canunt: in hoc saltu, una manus attollente, reliquæ sublevant; demittente, etiam demittunt. Omnes autem viri & feminæ extimis auriculis perforatis oblongiusculas piscium vesiculos imponunt, quæ inflatæ unionum instar splendent, rubro colore tinctæ, dilutioribus carbunculis sunt similes. Mirum homines adeo barbaros tam venustis inventis præditos.

G 3

RPJCB

Qua solennitate Regina à Rege XXXVIII.  
excipiatur.



38.

**A**C pompâ defertur ad Regem Reginâ, in locum ad eam rem destinatum, in quo tabulatum extructum è lignis rotundis satis amplum, ad ejus autem latera, longum utrimque scamnum adpositum, in quo proceres sedeant. Rex igitur in tabulati dextra parte sedens, Reginæ, quæ in sinistra parte collocatur, adventui gratulatur, & cur eam in primariam uxorem accipiat, exponit: illa verecunda quadam majestate flabellum manu tenens, Regi quam honestissimè, & ut à natura edocta est, respondet. Tum puellæ in orbem se componunt, manibus non connexæ & cultu ab alijs differentes: nam capillos sub occipite ligantes, per humeros & dorsum deinde spargi finunt, sub umbilico cinctæ lato cingulo, è quo anteriore parte veluti marsupium quoddam propendet ad pudenda tegendum: per reliquum deinde cingulum appensæ sunt ovales formulæ ex auro & argento, ad concordes demissæ, ut strepitum in saltu excitent dum laudes Regis & Reginæ canunt: in hoc saltu, una manus attollente, reliquæ sublevant; demittente, etiam demittunt. Omnes autem viri & feminæ extimis auriculis perforatis oblongiusculas piscium vesiculos imponunt, quæ inflatae unionum instar splendent, rubro colore tinctæ, dilutioribus carbunculis sunt similes. Mirum homines adeo barbaros tam venustis inventis præditos.

G 3

ALMANACK  
or Abridged Almanac for  
THE YEAR

RPJCB